

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

L. Minimè omnium in fiduciam proprii ingenii, studii, industriae aut virtutis, sed
in solius Dei opem recumbat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

L.

Minimè omnium in fiduciam proprii ingenii, studii, industriæ aut virtutis, sed in solius Dei opem recumbat.

Egymois.

Carolus Regius in Oratore suo Christiano Lib. II. cap. 13 p. 73. laudat Jesuitæ Xaverii monitionem, scribentis in Epistola quâdam; *Ad Christianâ humilitatē comparandam, cum in ceteris, tum in Concionandi munere, caput est, Deo honorum omnium fonti, quicquid inde fluat boni, acceptum referre; memor, quicquid in concione pii, rectiq; expresseris, nequaquâ esse tuum, sed ore tuo loquentis Dei. Nec quicquam tibi tribue, præter delicta, socordiam, elationem, ingratumq; animum in Deum, in populum, in socios, quorum deprecatione, non tuo merito, talentum communicatum tibi est à Deo. Vasa sunt, & instrumenta gratiæ divinæ Verbi Ministri, nihil ergo magis facere possunt sine Deo, quàm aut sine tibi cine tibix modulatè canere, aut securis per se aliquod opus perficere. Pie ac verè Apostolus nihil sibi, vel industriæ suæ arrogans, sed totum Gratia Dei adscribens, inquit*

✕

I. Cor.

I. Cor. XV. 10. *Gratia Dei sum, quod sum.* Et *Gratia Ejus*, quæ scil. mihi data & in me collata, non fuit *κεν*, inanis, vacua & sine fructu, sed *περισσεύει*, amplius, illis omnibus (i. e. reliquis Apostolis, cum illis enim se comparat, v. 9.) laboravi, (*ἐπαύρησεν* statim subjungit,) non ego autem, sed *Gratia Dei*, quæ mecum scil. est. (ut patet ex articulo *ἡ χάρις*, quem Latinus Interpres neglexit.) Idem de se statuunt omnes Animarum Pastores, suam indigentiam & infirmitatem naturalem agnoscant, & cum Apostolo dicant, non ego, sed *gratia Dei*, quæ mecum est, & in me ac per me efficaciter operatur. Et 2. Cor. III. 4. ait; *Fiduciam autem talem habemus, per Christum ad Deum*, (videl. quod non nostræ virtuti, quicquā imputari velimus, sed totam gloriam in Christum transferimus, ideò subjungit,) non quod idonei simus per nosmetipsos ad cogitandum (nedum ad efficiendum quicquam, scil. quod faciat ad fidem vel nobis vel aliis acquirendam & salutem obtinendam, præcipue autem suum Ministerium respicit Apostolus) velut ex nobis ipsis, sed quod idonei sumus ex Deo est, *ἡ χάρις τοῦ θεοῦ*. Non itaque humanæ industriae opus, sed Dei munus est, ab eoque unice pendet facultas recte, & ex divinæ voluntatis sententiâ, atque cum animarum fructu con-

concionandi. Idem Apostolus aperte indicat Coloss. I. vers. ult. quantum ex se prestare poruerit in sacris muneribus exequendis, cum dicit; *κοπιῶ ἀγωνίζομαι κατὰ τὸ ἐργάσασθαι αὐτῷ τὸ ἐργασθῆναι ἐν ἐμοὶ ἐν δύναμει, Laboro decertans secundum efficaciam ipsius operantis in me potenter.* (1.) Utitur voce *κοπιῶ*, quæ non notat simpliciter, seu utcunque laborare, sed vehementer & usque ad defatigationem, (2.) Non contentus laboris vocabulo, addit *ἀγωνίζομαι*, i. e. *certans*, quasi in agone, summâ cum vigilantia, diligentia, contentione, difficultate multiplici, periculo, variâ passione, velut Athletha (3) declarat hoc opus esse non suarum virium, sed *Dei seu Christi virtutis*, quod quicquid hinc boni est, hoc totum à Deo est, qui in me operatur, vires suggerens, voluntatem excitans, animum Zelo inflammans, & verbis efficaciam addens, ut corda penetrent, &c. *Ut itaque Auditores dicendo doceantur, & docendo afficiantur, atque cum demonstratione spiritualis potentie flectantur, nequaquam est opus humanarum virium, scientia, peritia, iudicio, ingenio, eloquentie aut dexteritati dicentis tribuendum, sed potius insigne donum, precibus indefessis à Patre luminum, omnium bonorum & charismatum fonte, impetrandum, ut inquit Dn. D. Olearius Orator. Eccles.*